Lukawska contra Markowskim

Super Innotescas Castren Capitan Bracen primam exequutorialem Qua nobilis Helena filia nobilis Andreae Gorski relicta consors olim Sebastiani [illegible] kawski actrix pro Termino praesenti nobiles Leonardum Joannem Martinum Andream Petrum Martini filios et Marinam Slomianska relictam olim Matthei Chlodo minores cum tutrix natu seniorum assistens renovando causam et actionem totumque processum post olim nobilem Mattheum Chlodo parentem et maritum eorum ad eundem punctum et gradum, in quo causa praesens stetit indecisa Citaverat pro decernendo super ipsis et bonis eorum omnibus poena quatuordecim Marcarum polon decreto Judicii Terris interposita per Citatum vero succubita ob non admissam in bona sua actricis officio intromissorem vigore eius perlucrorum in Judicio Terrestri in Causa actione nullo iure vito imo violento modo bonorum omnium mobilium et immobilium in bonis Chlodij progenij actrici post olim nobilem Petrum Gorski fratrem germanum sterilitate de hac luce decessum competentem et legitime concernentem occupationem illegittimeque appropriationem in damnum actricis maximum centum Marcarum polon taxatum iuncte perductor et obtentam Cittam ipsa Causis Copiam sigillatam Ministerialis Regni generalis Providus Baltazar Piotrowski in duabus integris ante terminum praesentem septimanis in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit de his Libro Officio praesenti Capitaneali Bracen per [illegible] et supra in alijs

Czaykowski triplicata

Super Innotescas Castren Capitan Bracen secundam exequutorialem Qua Instigator officij praesentis et ipsius delator nobilis Laurentius olim Petri Czaykowski Actor pro termino praesenti nobilem Joannem olim Christophori Grabowski de Bialle Sufine haeredem Citaverat pro decernendis super ipso et bonis eius omnibus Vadijs triplicatis decreto anteriori officij praesentis interpositis per Citatum vero succubitis ob non admissam in bona sua actoris officio intromissorem vigore ipsius perlucrorum in Judicio Terrestri et officio praesenti in Causa [illegible] ideo Quod ipse [illegible] [illegible] authoritate ab eodem actore Chirographum a Generoso Bernardo Gnieżenski Vicepalatino Podlachiae pro summa trigenta florenorum polon et alia monimenta recepit et manibus detinuit in damnum actoris Centum Marcarum polon taxatum iuncte perductor et obtentam Cittam ipsa Causis Copiam sigillatam Ministerialis Regni generalis Providus Baltazar Piotrowski ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis Citati proprijs posuisse et publicasse recognovit de his Libro Officio praesenti Capitaneali Bracen in contumaciam ipsius Citati pro termino praesenti per Ministerialem Regni generalem nobilem Benedictum Przewoski iuncte clamati et non comparentis super ipso Citato et bonis eius omnibus Vadia triplicata per lucrorum actoris in triplo correspondens decrevit ad remandumque et exigendum ipsum Citatum de bonis eius omnibus actoremque in eadem bonis de brachio regali intromittendum in locum officij sui Vicegerentem nobilem Hilarium Wnorowski una cum [illegible] et [illegible] [illegible] dedit et deputat et ne ea nemo quovismodo impugnet sub poenam Bannicionis interponit decretum praesens vigore.